... flor.

...ow.

Topirzyska Greg. Jgn: Orator Dioeceseos
ad Cas. flor. Czartoryski.

ORATOR DIOECESEOS

AD

Illustriß: ac Reuerendißimum Dñum,

D. CASIMIRVM FLORIANVM

DE CZARTORYSKO

CZARTORYSKI,

DVCEM IN CLEVAN

Episco: Posnañ. &c. &c.

Circa primum Celsitudinis suæ ad Sedē Episcopalem ingressum, veneratione magis, quàm prædicatione, obsecundus.

Per Gregorium Ignatium Topirybká Posnaniensem, in Alma Acad: Craconień: Studiosum.

Luci publicæ committitur.

CRAC. *Typis Piątkouianis,* A. D. 1651.

CATAPHRACTVS ILLVSTRISSIMORVM DVCVM.



AXem humero torquet ſtellatum cælifer Atlas;
Vrget pro Patriâ Belliger atq; polo.

ORATOR DIŒCESEOS.

IN quantum importunus ferocientis Libithinæ auſus, per inopinatum Illuſtriſſ: ac Reuerendiſſ: Præſulis, Sacræ memorię ANDREÆ SZOLDRSKI, fatum, grauiſſimum toti Diœceſeos latitudini indixit mœrorem, in tantum recèns ſuccedentis in-

ſubſellium Epiſcopalis gubernij, Illuſtriſſi
mę Celſitudinis ſuę Maieſtas, Poſnanien-
ſi diſtrictui, imò quaqua verſum vniuer-
ſis ditionibus, non mediocrem ſuggerit
hilaritatem; Eſt verò quod tripudian-
tibus proſequi debeamus animis, cùm nā
ciſcamur Antiſtitē, qui genethliacis ſplē-
doribus, fulgentiſſimis Ducalis Protapiæ
inſignibus, quodam modo non conten-
tus, plenam virtutumq́ſeriem, in facie re-
ipub. adeò declaraſſe viſus eſt, vt hanccè
citeriorem non nihil, maturę ætatemq́ue
ipſam prætergreſſæ virtuti, dignationem,
pridem exigere cenſeretur. Et ſint licet
qui meritò progredienti ad ſumma for-
tunæ Illuſtriſſimæ Celſitudinis, Tulliana
ſubmittunt ingenia, aut concomitante
velut

velut obſecundi Lipſij, nouam felicitatẽ proſequuntur facundiâ, eòque vel grauiſſima Neſtoris voce ſequi, quò Maieſtas conſcendit, enituntur, mihi tamen non è Celſitudinis merito, ſed è debitæ venerationis meæ politie incumbebat, vt venerabũdam pro nitterem eloquentiam, nè ſi à communione lætitię abeſſem, inciuilitatis, ſi exhibitionem ſalutationis detrectarem, infidelitatis, meritas incurrerem criſes; è contra verò ſubmonente propriæ exilitatis intellectu, temerarij memor Icari, in profundum dicendorum Oceanum, tenuem permittere dictionẽ ſubuererer, niſi innata Celſitudinis manſuetudo indulgente beneuolentiâ minogennem reſolueret dictionem. Liceat

itaque Celſitudinis, me debita texere e-
logia, & magis degenu quàm facundo
ore, officioſum Encomiaſten, quem ini-
tiari primordijs felicitate Tua exegiſti, ex-
tremum orationis attingere ſcopum per
mitte. Ampliſſimę dignitatis & virtu-
tum Illuſtriſſimæ Celſitudinis ſpeciem,
pronis affectuum propenſionibus ad li-
neamenta vocari, meritis verò in rem-
publicam nunquam ſatis deprædicandis,
ſanè expreſſius, in computum faſtorum
recordationis Sarmaticę inſeri, experiris,
Illuſtriſſime ac Reuerendiſſime Antiſtes.
Etenim fortuna Celſitudinis ſuę, adhuc-
que in ipſo vagientis ætatis exordio indi-
ta menti magnanimitas, eò principem
promouit felicitatem, vt maiora natiuæ
glorię

gloriȩ incrementa, auxeſes ſuccedentis
proſperitatis ampliores, nanciſci non poſ-
ſit, aut aliquod adſcititiȩ amplificationis,
Ælianum *plus vltra* ſibi vſurpare, vti de-
dignetur, ita externa caducorum pigmē-
ta, & quæcunq; Cæca domina cogitauit
miſſilia, cæteraq; commentitia admini-
cula, deteſtetur, in gentilitio duntaxat aſ-
ſecuta Cataphracto, vt cuiuſcunq; etiam
celſiſſimi honoris additamento, nō tam
ipſa aſſumere ſplendorem, quàm eidem
augmentum aſportare videatur. vſque
adeò in altiora faſtigia, ipſumque pænè
perfectionis verticem, Virtus Celſitudi-
nis Tuȩ ſuccreuit, vt quanquam nuper
excelſam Epiſcopatus pinnam, conſecu-
tus ſis, in Te intendi nequeat, verum ſu-
blimi-

blimitas dignitatis, & ſacra honoris altitudo, in benè ſuppare tanto muneri Myſte, quieſcere, videatur; vt eodem in ſolio conſtituta magna & ſumma eſſent, quę ſi minoribus in republica animis cõferrentur, acceſſionis futuræ arguerentur. Edocetur videlicet præſens ſæculum, laudatiſſimo Celſitudinis Tuę exemplo, cùm ad inuidiam vetulæ, inq; ſuis decrepitę luſtris, Romanorum ætatis, proximam in cõtiguo virtutem honori, cui nuperrimo introitu fauſtè initiatus es, per diu elaborata, inſtituiſti augmenta, eum ſolum & verum reputans in republica cēſeri honorē, in quē ex decreto Tulliano tutiſſimo meritorũ pręſidio, ꝓmot⁹ ſis; & luculēter quidē hacten⁹, virtutũ Tuarum exhibuiſti ſpecimina, cùm non adeò etſi

voca-

vocalissima sit, genitali intentus gloriæ, Illustrissimo sanguini per gloriosissima Ducum traducto pectora, & plurimorũ Satraparum, quos in Patria Camillos, aut Hectoras, vel oculata Centaurorum agmina, ipsa censeret æquitas, non nin ium adhæsisti. Satis est cæteris, quod laudabilibus Maiorum nitantur ceris, & exporrectas Prædecessorum longà serie extendant imagines, & nescio quantumcunq; elatam ambitione frontem, alieno tumidi, proprio vacui merito, ad præclarè Antecessorum gesta, reflectant. Secus in Illustrissima Celsitudine Tua actum est, qui pulchram fascię cum fascibus connexionem, virtutis cum fortuna cõmercium in stituisti; Præcesserunt gloriosissimi

ſimi Maiores ILLVSTRISSIMÆ Celſitudinis Tuę, Vitenus Lithuaniæ & Samogitię Præſes, Gedeminus terror hoſtium; Præceſſerunt Duces Lithuaniæ, Ruſſiæ, Volyniæ, Poloniæ pignora, Lubardus in bellis fortunatiſſimus, Nicolaus iuſtitia & auctoritate grauiſſimus, Alexander robore & fortitudine excellentiſſimus, Ioannes & Michael Heroicis geſtis Clariſſimi. his omnibus Illuſtriſſimę Celſitudinis Tuæ ſucceſſit induſtria, quæ Alexandri æmula, niſi pergendi ad gloriā reſtare comperiſſet tractum, mæruiſſet; sed quoniam vti omnibus ſolenni receptum eſt vſu, & quaſi delege ita inſtitutum, vt nulla ætas coarctaretur, quæ nō amplioris ad præclarè gerendum proſce-

niij

nij ferax esset, nihilque exactum, quod nō laudabilius parili facinore repeti posset: ęque Illustrissimę Celsitudini Tuę relictum est, quod gloriosè ad seram posteritatem transmittere possis; nemo vnquam Hercules Virtuti Tuę designauit limites, nemo ferreis compedibus liberum concatenauit animum; Patriæ ditiones alter Boleslaus Chabri, limitaneis columnis cō cludere potest, mens extra vincula posita est, semperq; restat merendi potestas, quam trans cælos etiam ipsos, in imaginarijs spatijs, meditabundo circumducere, cui libuerit, licet. Paulo intimius reflexisse Celsitudinem Tuam animaduerto, ipsosque ære fusos orbes, pijs penetrasse desiderijs, cùm ab ipsis statim incuna-

bulis, illaq́ue florente per sua interualla ætate, cælicam pænè profitebaris pietatem, & parili passu per vmbratilia oleatæ Palladis spatia, ac bonę mentis virtutumq́ue ferebaris adijta, vsq; adeo vt in tantum ematurueris, qui velut nouus nostri sæculi ad vtramq́; vicem attentus biceps, pariter doctrinę & pietatis incremēta sumpseris; quid cùm ad externam quoq́ue perdiscendam sapientiam profectus, quàm feliciter cautus, Vlysseo more Syrenem mundanorum, plerumq́; labilis ætatis naufragium, euitaueris; & sicut Plato aut Pythagoras Polonicus, in alieno solo stupendam fermeq́; prodigiosam orbi, scientiam compararueris, & rerum magistram consulendo experientiam multarum

rum mores & sancita nationum, notaueris. Verum cur tam diutinam texo eloquentiam, ad quid lentius immoror? præsertim cum felicius Illustrissima Celsitudo Tua agere, satius de fatuis mundi ostentis triumphos ducere, quam quispiam edisserere possit, noueris. illam hic Celsitudinis Tuæ nunquam satis mirari possum prouidentiam, cum orbi, nè quadantenus aliquid de Te vsurpare posset, de toto renunciando, ad sacrum Dei satellitium temet contuleris, benè memor dicentis sapientię sensus, quâcunq; descendas propagine, quemcunq; per tuas stirpes trahas sanguinem, Dei satelles famulusq; es. Magna hæc erant Virtutis Tuę documenta, maiora tamen ho-

die cum publico omnium nostrum voto & applausu, comperimus, cum Serenissimi IOANNIS CASIMIRI Poloniarum Regis auctoritate iudicatus sis js, cuius vel vno anhelitu tot populi spirarent, tot propenderent ab arbitrio vrbes, & vici, quorum Tu saluti, integritati, pro virili prospicere posses; eum Te inquam cõperimus, quem Philosophus, in republica genuinum exposcebat ciuem, illud demum fortunatum existimans regnum, vbi virtutem condignis destitui præmijs nefas esset, sed vel inuitis, quos ipsa ablactauit rectitudo, honores ingeri debere censeretur. Et certe alludebas hactenus, properante ad gloriæ fasces, honorum contemptu, ad hanc quam Diœcesis

sis

sis & vniuersa Patria hodie in Te veneratur, Celsitudini, acutius interim Serenissimo Rege in id intento, ne debita emeritæ virtuti desideraretur merces, aut angusta progressa modestiæ calle, suis, in processu, fructificantis manipuli destitueretur aristis; ideo vltroneam hanc noui honoris accessionem, Celsitudini Tuę adiunxit, & maturum rebus gerendis genium Tuum, bono communi promouendo, Orthodoxę fidei propagandæ, sacro cultui diuino amplificando, deuinxit; atque ideò ipse rerum Architectus Deus aligerâ gentilitio Tuo armigero virtute comite, hac supremâ dignitate non tam auctum Te quam plebi pascuę obligatum esse voluit, quatenus ita dignitatem

gestare

gestare velles, vt cum Adriano rem populi verti, Patriæque tutandæ spem haberi, censeres. Interim plenæ fidelis communionis tribus, & vniuersi quotquot Catholicæ subscribimus centuriæ, Te Reuerendissimum Præsulem, quem requirebamus votorum desiderijs supplici amplectimur futuræ subiectionis obligatione, cumq; tantæ sublimitati adniti nequeamus, pronos omnium nostrum affectus, Tuo obsecundi submittimus subsellio.

D I X I.